

LXXXI bis.

BOULLIAU A FERMAT (1).

MARS 1637.

(Bib. Nat. fr. 13026, f° 51.)

*Illustrissimo ac eruditissimo viro Domino de Fermat,
in suprema Curia Tholosana consiliario, Mathematico*

τῷ πάλῳ

Ismael Bullialdus S. P. D.

Hanc de Porismatibus scriptiunculam (2), Vir Ill^{me}, simul cum aliis paucis, circa theoremata aliquot geometrica, meis lucubrationibus, cum Mathematicis nostræ ætatis communicare et publici juris facere statui; eam vero rem cùm occasione eruditi simul ac subtilis opusculi tui de Porismatibus, quod anno superiore (3) ad amicos tuos huc transmisisti, aggressus sim, Te antesignanum sequor; quod mihi decori ac gloriæ vertit. Tibi enim, Vir eximie, quàm studiose te colam aliquatenus significare, tam mihi gratum ac jucundum est, ut occasionem, si nata opportune non fuisset, multis curis studioque vehementi redemissem. Omnes equidem, quibus virtutes tuæ notæ sunt, ingenii judicii que acumen probatum, merito te suspiciunt ac celebrant: nec soli per Galliam qui vivunt, verùm per universam Europam

(1) Lettre inédite, dont nous devons l'indication à M. Lucien Auvray, de la Bibliothèque nationale. Elle est publiée d'après la minute de Boulliau.

(2) Il s'agit de l'Ouvrage de Boulliau, dont le titre est donné Tome I, page 77, note 2. Comparer avec la présente Lettre l'extrait inséré dans la Note précitée.

(3) Dans l'*Exercitatio de Porismatibus* (voir Tome I, p. 77, note, ligne 10 en remontant), Boulliau dit *ante biennium*; mais cette expression, qui indique la fin de 1654, semble se rapporter à l'envoi à Paris par Fermat de propositions détachées comme les *Porismata duo* (Tome I, p. 73 à 76), retrouvés dans les papiers de Pascal. L'opuscule *Porismatum Euclideorum etc.* (Tome I, p. 76 à 84), ici désigné expressément, n'aurait été communiqué au contraire qu'en 1656 (*anno superiore*). Il y a donc lieu de corriger dans ce sens ce que nous avons dit sur la date de cette communication Tome I, page 78, deuxième alinéa de la note.

laudes tuas illi prædicant, quibus nomen tuum innotuit; atque in Italia dum egi, Bonaventuram Cavallerium Bononiæ, et Evangelistam Torricellum Florentiæ, summos hujus nostri sæculi Mathematicos, audivi εὐρήματα tua sublimes mentis tuæ effectiones, quarum copia ipsis facta erat, mirantes summisque laudibus extollentes. Inter illos itaque, qui Te toto animo colunt et venerantur, me recense; utque officium, tenue quamvis, acceptum gratumque Tibi sit, hoc mihi perface. Et quæ cum paucis hactenus communicasti, præstantissimos animi tui partus, omnium utilitati et commodo ut serviant, in publicum emitte, illosque diutius comprimere noli. Vale Vir Ill^{me}.

Scribebam Lutetiæ Parisior. die Martii 1657.

LXXXII.

FERMAT A DIGBY.

VENDREDI 20 AVRIL 1657.

(*Va*, p. 189-190; *Comm. ep.*, n° 4.)

MONSIEUR,

1. Puisque vous voulez que les complimens cessent, soit fait; il me suffit de vous assurer une fois pour toutes que vous vous êtes très-justement acquis un pouvoir absolu sur moi et que je ne perdrai point d'occasion à vous le témoigner.

J'ai lu l'*Arithmetica infinitorum* (1) de Wallisius et j'en estime beaucoup l'auteur; et, bien que la quadrature tant des paraboles que des hyperboles infinies ait été faite par moi depuis fort longues années et

(1) *Johannis Wallisii SS. Th. D. Geometriæ Professoris Saviliani in celeberrimâ Academia Oxoniensi Arithmetica infinitorum sive Nova methodus inquirendi in Curvilinearum quadraturam aliaque difficiliora Matheseos Problemata; Oxonii Typis Leon. Lichfield Aca-
demie Typographi, Impensis Tho. Robinson, Anno 1656. 216 pages in-4°.*